156

Joannes Choienski episcopus Ploecensis, Sigismundo de Herbestein consiliario Ferdinandi regis.

Dominum Petrum Opaleniczki tantopere istic ingenium et prudentiam suam probasse, gaudeo, pro amicitia quae mihi cum eo intercedit, tum quod is privatim magnificentiae vestrae charus est, gratiam habeo, speroque brevi futurum iri apud nos rationem meritorum eius, et cancellarii munere, id quod magnificantia vestra optat, eum à maiestate regia cohonestatum iri, maxime si serenissimi domini Romanorum regis petitio accesserit. Ego quoque quanquam in ea re nihil praestare me posse puto; tamen quidquid potero lubens eum adiuvabo. Vilnae undecima Octobris, millesimo quingentesimo trigesimo sexto.